

PRÆNOTIONES

CONTRA

DOGMATISTAS
SVBTILESQUI SVNT EX NATVRA-
LISTARVM NVMERO

CVSTODIENDÆ.

PRÆNOTIO I.

Non prætereunda sunt subtiliora dogmata, partim Naturalistarum, partim Fanaticorum, quæ ad Prænotiones Theologicas spectant, quibus neglectis, sæpe ad crassiora relabuntur illi, quibus subtiliora illa impune concedebantur. Naturalistæ præcedant, quos distribuere in Rationarios & Traditionarios hic liceat, cum eorum dogmata, vel in rationis, vel in traditionis auctoritatem resolvantur; hanc enim & Naturalistæ quidam & Fanatici nonnulli pro principio suorum dogmatum agnoscunt, maxime qui eruditiores videri, adeoque ex illis, quæ aliunde didicerunt, proficere volunt.

II. A Rationariis fiat initium: Horum dogmata examines, videbis, rationem ab illis
ad